

Forfatter: Helgesen, Poul

Titel: Udrag fra Optegnelsesbog

Citation: Helgesen, Poul: "Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab", i Helgesen, Poul: *Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab*, 1932-1948, s. 153. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-helg06val2-shoot-idm140415584712432/facsimile.pdf> (tilgået 25. april 2024)

Anvendt udgave: *Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab*

Caput xxx libri beati Augustini de spiritu et littera
ad Marcellum.

Liberum ergo arbitrium euacuamus per gratiam? Absit, Sed
magis liberum arbitrium statuimus. Sicut enim lex per fidem sic
5 liberum arbitrium per gratiam non euacuatur sed statuitur. Ne-
que enim lex impletur nisi libero arbitrio : Sed per legem cog-
nitio peccati : per fidem impetratio gratie contra peccatum, per gra-
tiam sanatio anime a vitio peccati : per anime sanitatem libertas
arbitrij, per liberum arbitrium iustitie dilectio, per iusticie dilec-
10 tionem legis operatio : Ac per hoc sicut lex non euacuatur, sed
statuitur per fidem, quia fides impetrat gratiam, qua lex impleat-
ur, ita liberum arbitrium non euacuatur per gratiam, sed statuitur
: quia gratia sanat voluntatem qua iusticia libere diligatur,
Omnia hec que velut cateruatim connexuj, habent voces suas in
15 scripturis sanctis.

¶ Lex dicit Non concupisces : Fides dicit : Sana animam meam Exodi 20
quoniam peccaui tibi : Gratia dicit Ecce sanus factus es iam noli Psal. [40].
peccare nequid tibi deterius contingat : Sanitas dicit : Domine deus Joan: 5.
clamaui ad te et [1b] sanasti me, Liberum arbitrium dicit, Volun- psal. 53
20 tate sacrificabo tibi Dilectio Justicie dicit Narrauerunt michi psal. 118
iniusti delectaciones sed non sicut lex tua domine Vt quid ergo
miseri homines, aut de libero arbitrio audent superbire, antequam
liberentur, aut de suis viribus, si iam liberati sunt? Nec atten- .2. Corinthe:
dunt in ipso nomine liberi arbitrij vtique libertatem sonare, Vbi 3.
25 autem spiritus dominj ibi libertas, Si ergo serui sunt peccati, quid
se iactant de libero arbitrio, a quo enim quis deuictus est, huic et
seruus addictus est, Si autem liberati sunt, quid se iactant velut
de opere proprio, et gloriantur quasi non acceperint, An ita sunt .Joan: 15.
30 nichil potestis facere, Et si vos filius liberauerit, tunc vere liberi .Joannis. 8.
estis